tatem stilorum notariorum actamen substancialia et requisita de natura contractus vbiqꝫ obseruantur de quibus in.c. de forma.xxij.q.vltima et in.c.vnico de noua.fideli.forma. Et in effectu hec continere debet scilicet ꝙ sempronius dat ticio pro se et suis filijs nepotibus et pronepotibus omnibus imperpetuum descendentibus masculis videlicet naturalibus et legitimis etc. Talem rem etc.i tali. loco etc.sic confroñ.etc. Et inde inserantur generalia cum constitutione precarij et clausulis solitis apponi secundū vulgatum stillum notariorum cum iuramēto fidelitatis Aut alio iuramento secundum qualitatē feudi Et finaliter adiciatur inuestitura cum iuramentis et clausul' apponi solitis q̄ iā satis i stillo inoleuerunt q̄ colli possunt in dictis iuribus et in.c.i.de noua.forma.fideli.et queadmoduꝫ feudum ad filiū pertinet.c.vnico et de conces.feu.§.filia et extra de iure.iuran.c.ego. Et quia satis apud tabelliones hoc stillatū est sup̄fluū reliq̄r subnectere exempla. Sed remittitur stillo et praxi notariorum consuetudini prouīciarum et pactis contrahentium Nouum quesitum erat de iuramento et forma fidelitatis hoc est ad que quāta et qualia tenetur vassallus suo domino de quo habet in.c.vnico d̄ forma fideli et in c.vnico de noua fide forma.et in preallegato.c.de forma Et sciendū est ꝙ in dicto iuramento debet auctori.imperatoꝝ vel alterius supremi p̄ricipis vti dñi nr̄i frācoꝝ regꝭ excipi vt in.c.vnico.§.fi.de prohi.feu.alie per frede Verūtamē ꝙ ꝗ ex iuramēto fidelitatꝭ vassall⁹ teneat̄ ſuire dño in guerra seu bello.Hoc verꝫ nisi bellū sit notorie iniustum.aut guerra manifeste irracionabilis Quia tunc si non seruat ei in guerra nō p̄dit feudum vt in.c.dño gueraꝫ in prin.in titu.hic finit̄ lex.non tenet̄ etiam ad seruitiū vassallus dmīo suo si domins est excōmunicatus vl'bānit⁹ donec absolutiōe obtēta Et est notād̄ ēt ꝙ anq̄ feudū p̄pter ſuiciuꝫ nō p̄stitū p̄datur oꝫ ꝙ vassallus fuerit certificat⁹ et sūmat⁹ p̄ dñꝫ Et vbi dubiū ē an fuerit vel nō certificatus p̄sumēdū ē p̄ vassallo vt dicto.c.dño guerrā.§.ad hoc qñcūqꝫ.§ et si hec cōtra dñm faciāt aliud ē qđ p̄ dño fac̄ videlicet ꝙ in bello iusto vassallus tenet̄ iuuare dñꝫ cōtra q̄cūqꝫ alium

nō dominum vassalli etiam contra patrē fratrez et filiū vt ī dic to.c.dn̄o guerrā in fi Pariter ēt excusantur a seruitio psonali ī puberes vt in.c.si quis decesserit.si de feu.deffuncti Similiter et pupillus excusatur non solum a seruitio personali ymo etiā a iuramento fidelitatis donec pubescat vt in.c.si minori eo.ti tu. Sz q̄ritur an cum excuseꝛ a seruitio psonali et iuramēto fidelitatis ꝓ eo ꝙ nō ē in etate iurādi et seruiēdi Et sic cēsetur suspēsa fuit⁹ vsqꝫ ad tēpus pubertatis An saltē tenebiꝛ pupil lus seruire per substitutum.et videretur ꝙ n̄ teneatur p.c.si mi nori preallega.quod releuat eum a fidelitate et per cōsequēs a capitulis fidelitatis in quib⁹ cadit seruitiū psonale In oppo situ facit.c.inde ꝑrime seq̄ns qd̄ incipit si q̄s decesserit In vl timis verbis ibi dū dicit alius tn̄ ꝓ eo seruitiuz faciens admit tetur. Pro hoꝝ concordia distingue rem an pater īpuberis de cesserit in seruitio bello.seu guerra prestito dn̄o suo in bello iu sto videlicet ꝓ re publica Aut aliter decessent īfirmitate huma na in domo sua sine exercitio belli vel guerre. In primo casu procedat.c.si minori scilicet vt nec per se nec per interpositā per sonaz teneatur seruire intra pupillaritatem. Quia eius pater qui in acie decessit adhuc seruire per gloriam intelligitur et pre sumitur insti.d̄ excusa.tuto.§.sed si in bello.ff.ad.l.acquil.l.q̄ actione.§.si quis in colluctatiōe Si vero nō decesserit ī acie vł expeditiōe.sed morte naturali in domo sua tūc deseruiat p sub stitutū iuxta mētē dicti.c. si quis decesserit in fine Et hec sunt q̄ faciunt ꝓ dn̄is contra vassallos Nunc vero videdū est ad q̄ teneꝛ dn̄i vassallis.et clarum est in primis ꝙ tenentur red dere vices mutue fidelitatis vt in.c.vnico d̄ for.fideli. §.fina. Tenetur secundo dominus vassallo facta inuestitura inducerꝛ et mictere vassallū in vacuā possessionē quod si facerꝛ recuset te netur vassallo ad interesse et interim vassallus ad fidelitatē ser uandam nō tenetur.c.vnico.§.fina. et ibi glo.de noua fideli. for. Tertio ꝙ si dn̄s facta inuestitura et recepto iuramēto fide litatis nolit in possessionē mittere vassallū ex eo ꝙ dicat se pe nitere inuestiture n̄ liberabitur p̄stando interesse Sed compel litur ad tradēdū possessionē vt in.c.si.si facta si de feu. deffūc.

contro fue. Habet etiā vassallus aliud pro se quia licet vassal lus feuduꝫ alienare prohibeatur inuito domino infeudare ta men potest equali.c.si inter.§.similiter de legib⁹ cōradi. De cimo quesito respōdendo dicere possumus ꝙ vassallus in pri mis ꝑ inuestituraꝫ efficitur vtilis dominus ꝯpetitꝗꝫ sibi rei vē dicatio ꝯ occupātem et contra ab eo vendicātē exceptō oppo sitio et deffensio.potestꝗꝫ intentare ꝯfessoriam et negatoriam ratiōe seruitutū.c.vnico.§.rei autē de inuesti.d re alie.fac. Itē ꝙ per inuestituram non solū efficitur dn̄s feudi sibi infeudati Sed etiam incrementorū superueniencium ad feudum.c.vnico de contro.inuesti.§.fi. Tercio non solum efficitur dominus a crementorum quinymo etiā emponomatū siue meliorationū taliter ꝙ si feudum propter non existentiam liberorū vassalli redeat ad dominū dominus tenetur heredibus vassalli ad me liorationes aut ꝑmictere tolli.c.dn̄o guerrā.§.si vassallus in feudo in titu. hic finit lex Quarto quia oīns fruct⁹ rei feudalis vassallo pōt kalēdas marcij decedēte pertinēt heredibus vas salli vsꝗꝫ ad augustū dicto.c.dn̄o guerram.§.is consequenter

Querebat̄.xi.an et qn̄ feuduꝫ possit alienari. Et dic ꝙ regu lariter feudū est inalienabile de iure antiquo vt in.c. vnico in principio quali olim feu.siue de iure nouo vt in.c.imperialis.§ per multas de probi.feu.alie. per lotha et in.c. imperialem in principio de probi.feu.alie.per frede.glo.in verbo partem de succe.feu. Et ratio quare feudi alienatō fuit et est vtroꝗꝫ iure re gulariter interdicta clara assignatur in dictis .c.imperialis et imperialem.quia omnibus per alienationes ex haustis pos sent seruicia subtrahi et vires exercituum principum attenuari Et per inde res ꝑualica ob non deffentionem ledi. Et hec est regula quare feudorum alienatio interdicitur Plures tamē assignari solent exceptiones seu casus exceptati in quibus proce dit etiam de iure alienatio feudi Quarum prime possunt pre micti ex parte.alie vero ex toto Et ex parte videretur tollerabi liter de iure permissa alienatio per.§.i.in.c.vnico qualiter oliꝫ feudū vbi vidbatur fuisse permissa alienatō ꝓ ꝑte.i oppositū facit noua ꝯstitutō frederici ꝑ alle.in.c. imperialem in pri͂a.in

verbo vel partem Sed illa ratio antiqua nunq̄ fuit nec est ad huc bona. q2 rō prohibitiā alienationis q̄ de toto vtroq3 iure veteri et nouo ꝓcedebat locū habuit et habet in pte. Or quem admodum per alenatiōem tocius cessat seruiciū vassallaticu3 in totum. ita etiam ita per diuisiones alienationis feudi in tm̄ posset deteriorari feudū et tāta diminutō p vēditiones et alie natiōes occurrere q̄ null9 vassallo2 hēret de quo posset se vestire dūtaxat. et hoc sat] p3 ad sensu3 Nā si pmicteret̄ feudū cētū libra2 p pte vēdi remaneret feudū. l. Et si ite2 permicteret̄ vendi feudum quinquaginta remaneret feudu3 viginti quinq3 Et si de vigiti quinq3 remaneret feudū duodecim cū dimidia remaneret sex et quinq3 solidi Et si de sex et quinq3 solidis remaneret tres et duo solidi cū dimidio. de q̄b9 nō esset possibile solū se vestir̄ vestimēt] cothidianis Cū ergo mēs iuriū d̄ q̄b9 s̄. in nouo q̄sito sit q̄ vassall9 teneat̄ fuire dn̄o in hijs q̄ veniunt de natura feudi et forma fidelitat]. et per dictas pticulares diuisiones vassallus redigeret̄ ad ipossibilitatē p̄stādi. ꝯueni entissimo ifert̄ argumēto queādmod̄ in toto sic et i pte aliena tiōem interdici accedēte rōne legis quod in iure ē vallidissimū argumētū. l. adigere. §. q̄uis. ff. de iur̄. patro. et. l. cū mulier. ff solu. ma. Et cū p p̄missas alienationes cessaret rō infeudationis q̄ est vt vassallus ea que sunt fidelitat] p̄stet Merito intelligendum est inter dictam esse omnē alienatione3 per qua3 ab effectu fidelitat] recedit̄ de quo in. c. que in eccl'ia2 de constitutio Et hoc ꝓbatur ex dicto. c. imperialis. §. hortatu. et ibi glo. sup verbo vtilitas de probi. feu. alie per. lotha. Sed videndū ē an sint aliq̄ casus pmissi in q̄bus in totū feudu3 alienari possit. et videret̄ q̄ non p dictum. c. ipenalē in prin. Jn hijs v̄bis sanxim9 vt nulli liceat. etc̄. de probi. alie. feu. p frederi. p q̄ verba cēsetur interdict9 oīs mod9 alienandi ex eo2 tenore Ac tamē p eademmet verba elicitur prīa exceptio a regula predicta q̄ liceat alienare scilicet dn̄o consenciēte. Et hoc probāt illa verba sine pmissiōe domini ad quē feudū dignoscitur spectar̄ per que verba apparet q̄ volente dn̄o vassallus possit alienar̄ Et hoc sat] cla2 est p. §. sed si clictul9 veersi. si vero i. c. vnico de

alie.feu.qd si nolente dño alienatio facta fuerit reuocat per.c. fi.apud quem vel quos contro.de be.diffi.etiam pscriptiõe lõgi tẽporis nõ obstãte.c.vnico.§.ptera decapi cõradij s super est quõ an etiã nolente possit alienare. Et dic q aut loquimur de alienatione put est a seipso sclz vassallo abdicare.et tũc põt dño reffutãte seu remittẽte feudũ vt i.c.primo i fine d vassallo qui ptra cõsti.lotha.et remanet quiet a fuicijs q cõstituit i faciẽdo sed nõ ab hijs q cõsistũt in nõ faciẽdo vt ibidẽ apent tex vt supradictũ est põt etiã se i totũ exonerare vassall alteri sub infeudãdo vt in.c.imperialem de pbi.feu.alie p frede.§.illud quoq et ibi glo.super verbo aliũ Sz queri põt an in oĩs psonas censeatur esse inter dicta alienatio et distingue inter ecclia sticas et sclares Nã in eccliasticas phibetur siue alienatio fiat in ptractu vt in.c.vnico.§.inde põt de alie.feu.et ratio ibi assignatur Quia tñc feudum numquã reuersuruz esset ad dominũ siue in vltima volũtate vt in dicto.c.imperialẽ de probi.feu: aliena per frede in principio in illis verbis pro anima iudicare In secularib vero personis distinguendũ est in quos fiat alienatio scilicet an in coniunctos qui ab intestato successuri essent Et tunc in tales valet et tenent alienatio scdm glo.super vbo facta ita intelligentẽ tex.in dicto.c.vnico de alie feu.§.et si clientulus in fine in vsiculo fratri vero Et clarius probat in.c.i.de alie.feu.pater. Si vero extraneus quia iura pallega.prohibẽcia alienationẽ nõ corriguntur in hoc per exceptiones ilã firma manet.l.nam quod liquide.§.fi.ff.de penu.lega. Hodie tamen in ista nostra prouintia fiunt alienationes feudorum et emphiteosis irrequisitis dñis cum protestatione tamen in instrumentis solita apponi scilicet retento beneplacito et iure etc̃ Et maxime actento q in feudationes fiunt vassallis p se et suis heredibus et successoribus quibuscunq. Quo casu quia data est facultas vassallo hñdi.successorem censetur data facultas vendendi donandi vel alienandi in personas pmissas per ea q le.et nota.in.c.vnico de feu.nõ habente ppriã naturã feu. Et in tantũ hodie inoleuit iste modus in feudaudi apud nos q feuda deducuntur in omnẽ speciã ptract inter psonas

permissas: Cui consuetudini et vsui standum est per. §. fi. in. c.
vnico de alie. feu. Sed pone ꝙ vassallus volũtate dñi alienat
pure et simpliciter vel per libellum hoc est cum retentione ali-
cuius seruicij animi accidit postea quod ipse vassallus recupe
rat feudum ab eo in quem alienauerat Queritur quomodo et
qualiter tenebit vassallus post recuperationẽ feudi. Et dic ꝙ
si vassallus gratuite sine retentione seruicij alienauit cum vo-
luntate domini inde recuperãdo iure proprio habebit Sed si
cum retentione seruicij vassallus alienat feuđ. et de voluntate
domini. Et inde recuperat non retinebit iure proprio. vel pro
beneficio Sed ad libellum hoc est sub qualitate sub qua tran
stulerat vt i capitulo vnico quid iuris sit si post alie. feu va. id.
recuperet et clarius in. c. vnico in fine de inuesti. de re. alie. fac.
Notãdum tñ est ꝙ si alienatio facta fuisset sñ volũtate dñi
et postea vassallus penitẽcia ductus recuperaret ꝑ hoc nõ pur
garetur vicium apertionis per dictum. c. vnicum. quid iuris sit
in prin. Quod verum est si vassallꝰ sciẽter alienet secus si igno
rãter quia tunc non apperitur per. c. vnicũ de contro inter. do.
et empto. Similiter nec purgat̃ viciũ ymo ingrauatur ꝑ simu-
lationẽ ꝯtractus si vassallus sub colore infeudatiõis vẽdat vł
ꝑmutet fingens precium vẽditiõis esse ꝑcium inuestiture vt in
§. callidis de probi. feu. alie. per frede. Sꝫ q̃ritur an vassallus
irrequisito dño possit permutare. et dic ꝙ non per. c. si q̃s quo
tempo. miles. Sed iterꝫ queritur an si dñs alienet castrũ vel cu
riã ad causam quorꝫ habeat plura feuda. an ex dicta alienatio
ne censeantur alienata feuda vel beneficia si specialiter dictum
non fuerit. dic ꝙ non vt in titu. si de feu deffũc. c. in generali et
de capi. qui cu. c. i. Notãduꝫ etiã est ꝙ in alienatiõe allodij
nõ venit districtus et iurisdictio dñi sub cuius districtu et iu-
risdictione. allodiũ consistit. c. vnico de pa. iura. fir. §. ad hoc q̃
allodiũ Dubitat̃ etiã an possit in dotẽ dari et varij varia di
cunt cõmunis tamen oppinio videtur ꝙ qñ vassallus accipit
feudũ pro se et suis vt cõmuniter fit Tũc põt in dotẽ dari vt in
c. i. de eo qui inuesti. a sempro acce. et in. c. i. đ eo. q̃ sibi et here.
suis nota in. c. q̃ i eccliarꝫ đ ꝯstitu. Sꝫ nũc ponamꝰ ꝙ aliq̃s ꝑ

hibitus alienare vult reffutare feuduz in manu dñi ad fines ꝙ dñs de illo iuestiat eum in cuius renũciat fauorẽ seu reffutat An dñs poterit alteri ꝙ ei in cuius fauore renũciatio seu reffutio facta est conferre. Et dic ꝙ si renũciatio facta ẽ in fauorem ab intestato succedere debencium nõ põt alteri conferri et non nocz infeudatio alteri facta. Si vero facta sit in fauorẽ non debenciũ succedere puta extraneis. Et tũc in optione dñi est retinere vel cui voluerit conferre nisi renũtiatio fuerit cõditionalr̃ quia tũc nõ posset obstãte cõditione renũtiatiõis ar. eoruz que habent̃ in. c. vnico de rez pmuta in sexto Et qz diximꝰ ꝙ vassalus feu. irrequisito dño alienare nõ põt querit̃ an ecõtra et dic ꝙ nõ nisi alienz in equalẽ vel in potentiorez. Quia alienando in minorem fit preiudicium vassallo per ea q̃ legũt̃ et notãt̃ in c. si inter. §. ex eadẽ de. l. conradi. et in. c. beneficiũ si de feu. def func. Similiter vbi dictũ est ꝙ vassallꝰ possit infeudare intellr̃ dum tamen inequalem vel maiorem. Quia alienãdo ĩ minorez preiudicaret dño dicto. cꝰ §. si inter. §. similiter. Duodecimo querebatur de feudi enictione. Et prima fatie videretur ista q̃stio superflua. Quia in feudo. est quedam donatio. §. in pmis in. c. vnico in quibus causis amictatur. Sed ex donatione que incipit a traditione donator non tenetur ꝺ̃ enictione. l. aristo. § fi. ff. de dona. Ergo idem in feu. In opositum facit printipiuz dicte. l. aristo. ꝙ ex donacione causata donator teneat̃ de enictione quia habet mixtum negociũ. Et cũ hoc motiuo trãseũt iura feudalia disponẽtia dñm teneri de enictione vassallo. Sz est videndũ de quali ꝓ quo distinguendũ est an dñs ignorãs rem posse enincti tradiderit. Et vassallus pariter ignorans rem enincabilem acceperit. Et tunc cadit enictio simplex seu simplicis valoris rei feudalis Si vero vterqz sciuerit rem posse enict Tunc non tenetur de enictione nisi specialiter sit cautum. Si vero dominus sciuerit et vassallꝰ ignorauerit tenetur dñs vt in c. vnico in printipio de inuesti. de re alie fac. Sed queritur cum regulariter de iure emptor teneatur de numciare venditori enictionem antequam venditor teneat̃. l. si rem quã mihi. §. fi. ff. ꝺ̃ enictione. An idẽ sit ĩ feu. Et dic speciale in feu. licere vassallo

agereet conueniri etiaȝ non certifficato dño.c.si vassallus si de
feudo.deffunct.et.c.vnico de contro.inter vassallum et alium
de beneffìcio. Sed ponamus ꝙ dñs fuerit vocatus ad deffen
dendum causam euictionis per vassallum et inde subcubuit
vassallꝰ.tūc dñs tenet̃ vassallo ad extimatiōeȝ rei feudalis hi
ta ꝯsideratiōe tēpoꝝ rei iudicate Et si nō possit dar̃ simile feu
dū tenetur dare cautas peccunias cōuertādas in emptionē fū
dorum feudalium similis valoris prout hec probantur in.c.
vnico si de feudis vassallus ab aliquo īterpella fuerit et dñs
eum deffendere noluerit cum ibi glosatis hodie tamen comu-
niter prouideretur in ipsis contractibus per stipulationem ex-
pressam et quasi superflue relinquuntur iste iuris cōmunis spe
cialitates. Questitum decimo tercio fuerat de feudi amissione
hoc est querere quibus modi et causis feudum amictitur pre-
micto igitur ꝙ regulanter feudum sine culpa non amictitur.c.
i.inprincipio de natura feud.et de feu.sine culpa non amit.c.
i.et quo tempore miles.c.iij. Dictum est regulariter quia ali-
qua feuda reuocantur ad nutum vt supra dictum est in alijs
vero restat quesituȝ. Et dic ꝙ tot quot sunt modis contra veni
endi forme iuramenti fidelitatis noue siue veteris comprehē-
se in duobus capitulis et titulis contiguis vno de forma fide
litatis et altero de noua forma fidelitatis resolut] in illo ver-
siculo in dicto primo capitulo posito; silicet incolumen tutum
honestum vtile facile et possibile qui tex. ibidem exponit̃ hoc
modo incolumen hoc est ne sit in dampnum domino de cor-
pore suo. Et ideo vassallus deserendo dominū in bello in def
fensum et non prouidendo eius in colummitati. priuatur feu
do in capitulo vnico in principio quibus modis feudum ami
tat̃ et i.c.vnico. §. Itē qui suū que fuit prima causa bene ami
ctat. Item si potuit liberare dñm a morte et non liberauit feu-
do carebit.c.fi.de aliena feu.pater. Item si ꝑsonā dñi affalia
uerit vel castrum eius vel vicum etiam alienum sciens dñm
vel dominam ibi esse vt in dicto capitulo vnico qui mo. feu.
§.similiter et i capitulo vnico.§.porro que fuit prima causa vł
impias manus in personā dñi vbicunqꝫ ingesserit.vel morti

eius veneno gladio vl'alit insidiat9 fuerit in.c.vnico que fuit prima causa.§.porro et itellige cū effectu scilꝫ ꝙ sequat effect9 Quia per solas insidias affectās non punitur.c.si voluerit de capi.qui cur.vendi. Et idem si proditorie occidat familiares dñi simul cū eo habitantes vti si frēm dñi. Aut nepotē ex filio vt in dicto.c.vnico qui mo.§.si frēm .Et ad.c.si quis in titulo An ille qui interfecit frēm etc. Respondet ꝙ ibi fr non erat de familia. Vel secūdo non fuit occis9 ꝓditorie vel tercio nō ꝓdit vt applicetur domino sed ꝑueniat ad agnatos. Item idē d q̄cunqꝫ persona coniuncta dño in qua parricidij crimē occurrit vt in dicto.c.vnico que fuit prima causa.§. si vero non i dñm Et sunt ille persone in quibus parricidium incurrit in ascendētib9 et descendentibus in infinitum. In collateralib9 vero in fratre et sorrore patruo auūculo amita consobrina consobrino et in quibusdam affinibus vti vxore nuri genero socru victrico priuigno priuigna et in legitimis parentib9 vti patrono et patrona de quo in.l.i.et.l.frater et.l.sed sciendum et.l.cum pater de parri. Et quod dictum est de offensa in personaꝫ dñi nō soluꝫ procedit si ex persona vassalli ingeratur iniuria facti ymo etiā si per filium vel alium domesticū vassalli dñs offendat.c. imperialem.§.insuper de probita feu.per frede. Sed liberat vassallus adducendo offensorē ad dñm qꝛ per hoc disauoare hoc est ratū nō habere videt. Similiter si vassall9 vassalli dñm offenderit et vassall9 requisit9 a primo vassallo vt dño offēso satisfaciat si nō fecerit priuat feudo.S nō reuertit ad ꝑmū dñꝫ sꝫ ad vassallū quia per requisicionē quantū est in se purgauit vicium vt in dicto.c.imperialē. §.illō cꝫ. pariter amictitur retēto themate predicto si ille primus vassall9 offēdit dñm et euocat a secūdo vassallo ad ipsum dñm quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris dicto.c.vnico qui.modi.feu.§.rursus. Item si dñm accusauit vel in causa accusacionis testimoniuꝫ contra eum dixit priuand9 est feudo vt in.c.sacramētū.§.similiter de cōsuetu.rec.feu. Iteꝫ si delator dñi fuerit dicto.c. vnico que fuit prima causa.§.sed et qui delator in capitulo grauē de exces.prela. Iteꝫ et si pro delatore fideiussit vel suo testimonio

cum iuuit spōte vel fuit spoñ. aduocatus contra dñm vel si sen tentiam cōtra dñm tulit que fuit reparata ī casu appelli ꝙ vid et limita vt in glo. magna in dicto. §. sed et qui delator que fu it pma causa. Itē si potuit dñm inclusū liberare et nō liberauit vt in dicto. §. sed et qui delator Sequitur tutū et sup isto vbo ca dunt alie cause beneficij amictēdi cōcernētes deffect⁹ circa tui/ cionem psone et exponitur in. c. de forma fidelitat] Istud vbū tutuz hoc est ne sit ei in dampno de secreto suo vel de municio nibus suis per quas tutus esse potest Super quo cadūt casus sequentes in quibus beneficiū amictitur. Primus si cū inimi cis sui domini amicicias copulauerit. c. vnico. §. preterea que fuit prima causa cōtrario sensu quia cū teneatur reuelare inimicos dño ergo faciēdo pacē cum eis tenet eos secretos ꝯtra formaz fidelitatis ꝓ hoc etiam est glo. ordinaria in. l. i. §. cum patron⁹ super verbo cum inimicis. ff. de offi. prefec. vr. Item sub hoc membro cadit Si vassallus secretuz domini reuelet vt in. c. v nico de no. for. fideli et ibi glo. sup verbo paudaz que limitat de secreto reuelato in dāpnū domini Item et sub hoc mēbro cadit si vassallus presciuit cōtra dominū quemlibet a saltuz vl' mortē vel captionez vel eius patrimonij iacturam et dñm nō cercioravit ꝗcicius potuit vt dñs posset periculū euitare dicto c. vnico. §. preterea que fuit prima cā. be. amicteu. Item si do/ minus guerram facit et eum non adiuuet vel deffendat. c. do/ mino guerram cum distinctione tamen de qua in textu scz si iu stum fuerit bellum debet eum adiuuare aggrediendo et deffen dendendo Si vero iniustuz debet eum adiuuare deffendēdo Sed in primo perdit in secundo non ꝓpter tacitam exceptionē Et in bello iusto tenetur dñm adiuuare contra patrem filium et frēm sed non contra superiorem dñm dicto. c. dño guerrā in fine. Honestum quod verbum exponitur per textum vbi su supra de forma fidelitatis hoc est ne sit domino in dampno de sua iusticia vel de alijs causis que ad honestatem eius per tinere videntur. De quo faciamus duo mēbra primum qua/ tinus concernit iusticiam sub quo membro cadunt casus se/ quētes scz quādo vassall⁹ denegat domino suo iusticiā facere

dicto.c.vnico,que fuit prima causa.§. Item qui domino. Et possent hic applicari alij casus de quibus supra diximus scilicet quando dominum accusat denunciat testificatur vel iudicat Secundum menbrum premissum quando vassallus facit aliquid contra honorem domini et eius honestatem continet casus sequentes. Primo si dominum cucurbitauerit vel per eum non steterit. Item si cum vxore domini turpiter luserit. Item si cum filia domini aut nuru aut nepte ex filio. Aut cum sorore domini habitantibus in domo domini concubuerit prout hec colliguntur in dicto capitulo vnico qui modo feu.§. Item si fidelis. Idem si vxorem domini conatus est tradere adulterandam inimicis domini vt colligitur ex glo.super verbo cõcubuerit.in dicto.§. Item si fidelis. Et idem generaliter si quiscunque graues et inhonestas iniurias honorum nominis et fame domini denigratorias intulerit.c.vnico que fuit prima causa.§.porro versus vel alias. Utile.hoc verbuz exponit tex supra de forma fidelitatis vtile hoc est nescit dño in dampno de suis possessionib⁹ Et sub isto articulo cõprehẽdunt̃ ca. premissi de accusatione et denũciatõne q2 nõ possũt fieri sine dãpno bonorũ. Item quãdo prestat aduocationẽ in cã cõtra dñm vt in prealle glo.in.§.sed et qui delator.que fuit prima causa et de alijs infra exempla subnotabimus Facile hoc verbuz etiam exponitur vbi supra in.c.i.de forma.fidelitatis vt scilicet qd facile est et leuiter expleri potest.nõ reddat difficile.et idem de verbo possibile quod etiã exponit̃ ne id quod est possibile impleri et expleri dño reddat impossibile de quo facile ẽ exẽpla subnotari Adhiciendum est q nõ sufficit q vassallus abstineat a dando consilium auxilium aut iuuamẽ 9 dñm.quia vltra hec q requisitus de dãdo consiliũ dño illud det alioqn si dare recuset comictit vt in dicto.c.vnico de forma fideli.§.sed q2 itẽ nec sufficit q vassall⁹ abstineat ne dãpnificet dñz in bois q hz ymo oz q iuuet dñz ad recuperãdum iã amissa.et recuperata deffẽdat ne iterz amictãt̃ vt i.c.vnico de no fideli forma. qui vltimi casus 9prehendi pñt sub verbo tutuz Ultra hec perdit bñficiũ seu feudum vassallus qui hitũ religionis assumit

c.vnico de milite vassallo qui ar.belli deppo.quia factus mi
les dei desinit esse miles seculi nec pertinet beneficium ad eum
qui nō debet gerere officiū Itē idez si efficiatur clericus vt in.c.
qui clericus efficit si de feu.deffunc. Item si efficiatur mut⁹ sur
dus cecus claudus vel al's inhabilis ad seruitiū priuat vt in ti
tu.an mutus.c.mut⁹ Itē ꝯmittitur si vassall⁹ neget feudū vel
feudi partē vel ꝯditiōem feudi de lege.cōra.c.ij.et.c.vassallus
in vtroqꝫ si de feu.deffunc. Itē appent feudū dn̄o si vassallus
sine ꝑmissiōe dn̄i feudū alienet vt in ti.de ꝓhi.feu.alie.ꝑ lo-
tha.et ꝑ frede. Nec submouet dn̄s ꝓscriptione x.vel.xx. ānoꝝ
vt i.c.§.preterea et ibi glo.super verbo ꝓscriptiōe decapi.cōra.
Et procedit siue in totum alienet per iura predicta siue in ꝑtem
quia pro parte priuatur que fuit prima cā.c.vnico.§.illud eni
certū et in.c.si vassall⁹ de.va.ꝯ.ꝯsti.lotha Postremo et gn̄a
liter vassallus amittit feudū si quomodocūqꝫ sacrō fidelitatis
et capitulis in eoꝫ ꝯtēs ꝯuenit vt in.c.vnico ꝺ for.fideli.et in
c.de no.for.fide. Et ideo si negz feudū et ꝯmittat ꝑdit ius qꝺ
i feudo hēbat per lec.et no.in aucten.de trien.et semi.§.illud
ꝙ in iudicijs coll.iij. Illud aūt sciri oz ꝙ licet oliz ꝑmissum es
set vallis ifeiorbus qn̄ vellent auferre feudum hoc tamē ho
die correctum est per.c.i.ꝺ natura feu.in fi.et ꝺ feu.da.minimis
valuaso.c.si minores qz feudū sine culpa amitti nō debet vt
supra dictū est. Et si iudex prudēs cognoscere velit qn̄ et ex qꝫ-
bus causis vassallus priuari debeat bn̄ficio seu feudo ꝓpone
re dz istā ꝯsideratiōez et doctrinā quā dat tex.in fi.hic finit lex
c.vnico.§.ad hoc ꝙtocūqꝫ.q admonet iudices ꝓ̄ptiores es
se debere ad soluendū vassallos qui īpetūt de īfidelitate et ap
tiōe ꝙ ad cōdēpnandum Secūdus ꝯsiderare magnitudines
ingratitudinū ex parte vassalli quomodo eni vassallus ꝙ hui
liter ꝙ deuote ꝙ benigne ꝙ fidelit erga dn̄m suū debeat se ha
bere potius ex naturali et bonis curiaꝝ ꝯsuetudinibus pōt ꝑ-
cipi ꝙ aliq̄ lege aut scripto aliquo possit ꝯprehēdi.c.vnico.§.
si qs eniz dixerit i qui.cau.feu.amitta. Et hito tēperamēto ho
rū cementoꝝ cum prudētia iudicātē iusta et equa ꝓdiet senten
tia Quia nō semꝑ opportet iudices ad textuū rigores īclinari

vbi aliqua equitate scripta potest iuuari Amictit etiam feudū vassallus qui tempore debito nō petit inuestiturā a dn̄o feudi scilicet infra annum et mensem in successore.c.vnico q̄ tempo. miles etc̄. Aut infra annuz et diem in emptore vl'al's acquirē te vt.§.preterea.c.imperialem de probi.feu.alie per frede. vel intellige.§.preterea in non milite et dictum.c.vnicum de mili. vas'in milite.quod procedit.tam in successore accipientis q̄ dantis nisi iusta causa interuenerit velud mortis inimiciciarum capitalium vt in capitulo vnico quo tempo.miles. Uel infancia vel pupillaritas capitulo si quis si de feu de func.vel si dn̄s sit tali crimine notatus q̄ vassallus ad eum honeste et salua consientia accedere non possit dicto.c.i.quo tempo.mi. et ibi glo.super v̄bo infamia vel iusta absentia abscens dicto c.i.in fine. Sciendum tamen est q̄ si dominus post elapsū tēpus predictum recipit seruicium vassalli sine protestatione remittere videtur ius apertionis et commissi glo.fi.in dicto capitulo.i.quo tempo.miles priuatur etiam feudo vassallus qui requisitus recognoscere et fidelita.iurametum prestare recusat vt in.c.vnico que fuit prima causa.§.est alia causa quod procedit in feudis sub fidelitate traditis vt ibidem. Et etiam tamperamentum recipit dum tamen dominus recognitionem et fidelitatem recognosci tēporib⁹ debit] petat Quia si omi anno peteretur per hoc non priuaret̄ vassallus capitulo et si vassall⁹ si de feu.de func. Nam quantocū q̄ tempore steterit vassallus dum temen domino petenti recognoscat et fidelitatem ac seruicium prestet non priuatur.c.licet vassallus.eodem.titulo et melius in.c.domino guerram in.ti.hic finitur lex qui.tex remittit omnia arbitrio iudicantis scilicet vt ex peticione et responsione arguat an sit contumatia vel non. Et nota verbum diu in dicto tex.positum per quod importatur tempus decem vel viginti annorum vt nota.i.l.ij.in glo.diu.C.de aqui.pos.vl' remittitur.arbitrio iudicantis vt ibi glo.quam sequitur hodie consuetudo et comunis obseruantia dominorum habenciuz emphiteoses et feuda.qui non faciunt recognosci per emphi. vel vassallos nisi d̄ decēnio ī decēniū que cōsuetudo ē tenēda

Nam si passim possent emphi. vl' vassalli artari ad recognoscē
dnm. Et non recognoscentes priuari multi pauperes rudes et
indocti. emphiteote et vassalli credentes non male agere sine
culpa suis emphiteotibus et feudis quod nō licet priuarentur
Item appitur feudum si vassall⁹ etatis legitime non fuerit cū
domino in expeditiōe vel aliū pro se miserit dño acceptabilē
vel dño pro quātitate feudi stipendia milicie ꝑsoluerit requisi
tus conuict⁹ feudum ꝑdet de pace iura fir. §. fi. Et dicitur quā
titas debita stipendij feu. qñ vassall⁹ qui nō vadit vl' mictit ac
ceptabilē ad expeditionē dimidia pars reddit⁹ feudi. vni⁹ an
ni vt in. c. imperialem. §. firmiter de ꝓhi. feu alie per frede Itē
priuat̃ feudo nō culpa sui sed vitio cōtractus vt quādo ī frau-
dem dñi dat ad longum tempus ꝑ modum ɔtractus libellariſ
hoc est cum retētione certe pēsionis vel partis fructuū vt in. §.
rursus qui ;mo. feu amicta. Adde generalr̃ priuatur vassallus
feudo ex omnib⁹ causis ex quibus pōt quis exheredari vl' ma
trimonia cōtracta dissolui vel donationes reuocari que satis
sunt in iure diffuse. Et quilibet curios⁹ lector per se poterit per
quirere finaliter aduertendum est ꝙ quia vsus et obseruantia
feudorum variatur secundum consuetudines et ritus prouin-
ciarum et locorum ita vt vix in ipsa materia certa regula possit
dari vt in capitulo vnico de cog. feu. ideo compillatores vsuū
feudorum voluerunt ꝙ pro cauſ et casibus nō comprhēsis in
x. collatione vsuū feudorū recurrat̃ ad scripta de iure communi
vt in dicto. c. vnico de cogni. feu. vltimo q̃ritur vtrū dñs ꝑuet̃
ꝓprietate feudi. aliquo casu et dic ꝙ sic. qꝛ quēadmodum vas-
sallus tenet̃ dño fidelitatē seruare sic et dñs vicē suo vassallo
reddere debet alioquin malefid⁹ censet̃. §. fi. in. c. vnico de for
ma fideli. et dr̃ comictere quasi feloniam vt in. c. dño si de feu.
deffunc. et ideo amittit ꝓprietatē. c. vnico qualiter dñs ꝓp̃eta
priuetur. vltimo quesitū fuit ad quē defferat̃ feuduz amissū et
distingue Quia aut querimus de feudo amisso culpa vassalli
Aut d̄ feudo amisso vicio ɔtractus qꝛ aliter et aliter obſuatur
deuolutio feudi quādo ꝑ culpā vassalli vel qñ ꝑ viciū ɔtract⁹
prout per exempla apparebit Et primo si per culpam vassall⁹

priuetur feudo per eum habito priuatur ipse et filius eius nisi
de nouo acquirant a domino et non stent alij successores quia
si starent alij sub motis filijs qui vocarentur ad feudũ postꝙ
semel esset aptum in fauorez illorum venientiũ ad successioẽz
non posset gratificare seu de nouo infeudare filius ꝓpter ius
iam quesitum dictis ad successionem venientib⁹ vt in.c.vnico
si va.feu. priue.et in.c.si vassall⁹ si de feu.deffunc.fuerit cõtro
et ibi glo.quod procedit de iure feudoruz. Sz de iure comuni
filius qui non consensit felonie non priuatur a successione glo
fi.in.l.ad optimun.ff.de in ius vocan. Sed hoc non procedit
in feudo ecclesiastico. Quia licet vt premissum est in temporali
pater preiudicet filio perpetuo secus est in prelato ecclesie quia
per culpam per eum cõmissam non priuať ecclesia nisi durante
vita episcopi abbatis vel alteri⁹ ꝑsone ecclesiastice feuđ.tenẽt
in fidelis de cap'lis cõra.c.vnico.§.fi. Itẽ si fuerũt duo fratres
et vnus inuestituram feudi accepit si postea feudũ cũ fratre di
miserit et ille q̇ feudi partẽ accepit postea pl⁹ mediate vẽdidit
et sine berede legitimo decesserit feuduz ad dñm reuertitur.vt
c.vnico.§. Item si fuerit quibus modis feu.amictitur. Item
ad vertenduz ꝙ vassall⁹ nõ priuať feudo ex omĩ alienatione
nisi ex ea quam scienter facit vt in.c.de probi feu alie per lotba
et in capitulo.pri.de probi.feu.alie per frede. Et qui mo.feu.
amic§.pe.et fi.et de.feu. sine culpa.non amicte.capitulo fi.
Quia si ignoranter non priuatur vt in capitulo si vassall⁹ feu-
dum si de feu.de func.et in ca.vnico de cõtro inter do.et emp.
et hoc casu stabitur iuramento vassalli si sciens vel ignorans
vt in dicto.c.vnico de cõtro inter.do.et empto. Sed satisfacto
interesse emptori recuperat vt ibidem et sic dominus in isto ca-
su scilicet in venditione erronea non habet ius prelationis seu
retinendi iure prelationis sed reuertitur ad vassalluz licet ex vẽ-
ditione facta scienter competat domino ius prelationis et re-
tentionis pro pretio quo venditum fuit feudum.cap.vnico.§.
porro qualiter olim feudum et ibi glo.super verbo retentio Et
hoc iure vtuntur in ista prouintia. Et est sciendum ꝙ vbi fac-
ta est alienatio feudi.in extraneos si alienas habeat filios po

terunt recuperare ab emptore soluendo precium vēditionis
Sed si non habeat liberos et agnati eius recuperare velint re
cuperabunt sine solutione precij nisi filius vel agnatus exp̄s-
se consenserint alienationi vel etiam tacite paciendo feudum
alienatum possideri per emptorem per annuum vt in. c. ticius
filios si de feu. deffunc. Et pro omni resolutione ad quem
debeat deuolui feudum amissum per culpam distingue Quia
aut feudum est antiquum Aut est nouum. et si nouuz tunc fe-
lonia commissa in personam domini per vassallum qui feudū
nouum accepit preiudicat omnibus alias succedere debenti-
bus. c. vnico. §. deniqꝫ in fi. i. illis verbis si tamen fuerit pater
uum que fuit prima causa bene. amicté. Si vero non delinq̄d
in personam domini sed alterius quam domini. Et tunc rep-
pelluntur liberi qui beneficium accepturi erant ex persona pa-
tris quia per maleficiuz paternum expelluntur vt in capitulo
si vassallus culpam si de feu. deffun. et transmictitur ad agna-
tos in gradu proximiores vt vult glo. super verbo vocabūtur
in dicto capitulo si vassallus culpam. Si vero feudum sit anti
quum iterum subdistinguitur Aut culpa seu felonia est comis
sa in personam domini per vassallum aut in personam alteri⁹
Et si in personam domini tunc dic vt in. §. deniqꝫ in capitulo
vnico que fuit prima causa vsqꝫ ad. v. si vero nō in dn̄m nā tūc
reuertit̄ ad dn̄m et nō ad proximos seu succedētes vassallo vt
hanc saltem habeat dominus sue iniurie vltionem Aut cōmic
titur in alterius persona q̄ꝫ domini et tunc dic vt in dicto. §.
deniqꝫ. v. si vero vsqꝫ in finē vbi clare tex. loquit̄ ꝙ ad ꝓximos
devoluitur in scd̄o vero membro principali qn̄ feudū amictit̄
propter vicium contractus ad quē devoluat̄ et dic ꝙ aut feud̄
est antiquuz et iterū distingue quia aut vicium conmictit̄ circa
substanciam puta quia de substan̄ ꝯtractus feudalis feudū est
in alienabile vt de probi. feu. alie per lotha et per frede. Et tūc
si vassallus alienat feudum antiquuz non reuertitur ad domi
num per ea que habentur in capitulo i. d̄ alie. feu. pater Sed si
feudum sit nouum tunc reuertit̄ ad dn̄m vt in ti. que fuit p̄ma
causa bn̄fi. amicten. §. fi. et de probi. feu. alie. ꝑ lotha. capitulo

primo in fine. Si vero viciuz sit conmissũ in qualitate puta q̃
etiam consentiente dño vassall' vendit sed tamen fraude pti
cipata cum emptore in pretio et minoritate precij vel qz fingit
se dare in feudum et tñ vendit Et tunc iterum distinguendum
est An feudũ sit antiquũ quo tũc prefferunt̃ succedẽtes agnati
dño i redimẽdo feudo. c. vnico q̃liter olim feu. §. porro. v' in. p
bibẽdo et racio ẽ qz hoc viciũ oriġiãtur in personã vassalli ve
dentis ex cui' persona agnati nõ succedunt sed ex psona antiq̃
vassalli cui fuit datum antiquitus feuduz filij tamen hoc casu
repelluntur per rationes dictas supra in beneffitio amisso per
culpam et hoc sentit dictus. v. in prohibendo qui nullam d li
beris mentionem facit Si autez feuduz sit nouũ in cui' aliena
tione fraus est participata per vassallũ Tunc omĩbus exclusis
successoribus ad dñm reuertitur vt in. §. callidis de probi. feu.
alie. per. frede. cum suis ꝯcordancijs. Sed posset vltimo queri
quia supra vidimus q̃ dñs in aliquibus casibus priuatur p
prietate feudi q̃admodum vassallus iur̃. quod habet. Querit̃
ad quem deuoluet̃ ista proprietas feudi et dic q̃ ad vassallũ
Et est casus in quo directum dominũ consolidatur cum vtili
Nec distinguitur an culpa conmissa per vassalluz sit comissa in
personam dñi aut alterius p quo vide. c. dño si de feu. deffun.
ꝯtro. fue. Seq̃t̃ tercia ps de vltimis volũtatib'.

De et quales sint supreme hominũ volũtates.

Tercio dixi q̃ i sinuarẽ Et qz decedentiuz
voluntates dupplicıter considerantur ex tacita scilicet vel exp̃s
sa volũtate deffunctorum de tacita premictam tractatum quã
iura coniecturantur in successione ab in testato decedencium
Ad quorum successionem iura nature affectionis et caritatis
ordine seruatj succedentes vocant. Secundo vero loco et ordi
ne de expressa et scripta testatoruz decedencium volũtate subi
ciemus tractatum. Que quidem voluntates in scriptis redacte
Et si vt plurimum expressam contineant testancium volunta
tem. Sunt tamen plura ad propter sensus ambiguitatez recur
ri opportet quod fiat assensus ad personam per cuius mediuz
collacterales coniunguntur ei, de cuius successione tractat̃ Si

tamen quereres quomodo inuicem distant opportet facere trū cum de patre gaij. Et tunc frater et soror patris gaij essent in se cundo filij eorum in quarto. Et sic de alijs si velis excedere fi guram infrascriptam. Et idē dic in linea sinistra feminea trans uersali. Nunc vero de non directis lineis transuersalibus que sunt due dicamus quarum vna est ad dexteram ascendendo. Altera ad sinistram similiter ascendendo. Et in collacterali dextera ascendendo locabimus masculos. Et in collacterali si nistra ascendenti feminas. Et in primo loco et tertio gradu re tenta semper successione gaij ad dexteram ponuntur patruus et auunculus et ad sinistram amita et matertera secundo loco et quarto gradu supra ad dexterā patruus magnus. Auūcul⁹ magnus. Et ad sinistram amita magna et matertera magna. Et hoc gradu possunt locari ī alijs cellulis collacteralib⁹ filij patrui et auūculi et filij amite et matertere. in lineis vo; de scen dentibus collacteraliṫ retenta successione gaij semper non pos sunt alie assignari linee transuersales. Quia sufficienti diuisio ne: Aut gayus habet descendentes aut non. Et si habeat de scendentes cessat questio transuersalium cū omnes sint de scē- dentes ex gayo ex recta linea et sequitur figura Quamquā premissa figura quartum non excedat successionis gradum ta men iura ascendentes et descendentes in finitum vt in auct. ḋ here ab intesta. venien. collatione octaua: Collaterales vero vsq; ad decimum vocent. §. pe. insti. de successione agna- torum cum concor. potuisset figura magis procēdi. Sed q2 ho diernis temporibus raro repimus excedere quartum gradum in successionibus ideo vt figura clarior appareret quartū gra- dum non excessimus. Et facere possemus vnam regulam generalem cum vna exceptione per modum summarij figure per quas clara remaneret noticia contentorum in figura q̄liter succedere debent et esset regula talis. Descendentes excludunt ascendentes. Et ascendentes collaterales etiam gradu proxi- miores exceptis fratribus et sororibus vtroq; latere coniūctis eorum earumq; filiabus et filijs qui et que licet sint patre auo proauo. vel ab auo. remotiores in gradu. iura tamē cū ascēdē

tibus proximioribus videlicet fratres et sorores per capita fili
os vero et filias per stirpes ad successionē vocant. In alijs vō
scilicet patruis auūculis amitis materteris patruelib⁹ et so/
brinis Alijs scz collateralibus cū ascēdentibus de successiōe cō
tendentib⁹ q̄ prior est gradu pocior est in successiōe Et hoc ha/
bet in summa ipsa figura Verūptamē vt clarior noticia hēa
tur possimus magis aliquātulum dilatare successiōes ab inte
stato ex intellectu iuriū. et querere primo qualiter descētes succe
dāt ascendentibus. et qualiter ecōtra videlicet ascēdētes descē/
dētibus Tercio qualiter collaterales collateralibus Et quar/
to q̄liter collaterales ascēdētibus vel descēdētib⁹ Et quīto q̄li
ter ascēdentes vel descendentes collateralibus Et hijs q̄sitis de
claratis satis remanebit liquida successionū ab intestato mate
ria Ad primū igit̄ reddeamus quo q̄rebat̄ q̄liter succedant
descendentes ascēdētibus. pro quo p̄mictēdū est quot sūt spēs
descēdentiū. et dic q̄ tot quot sunt filiorum seu liberoꝝ ꝓcreā
doꝝ modi. Nā quidam ꝓcreantur ex legitimo matrimonio et
tales appellant̄ naturales et legitimi Quia scđz ordinem iuꝝ
et nature procreati sunt Quidā vero nō generāt̄ secundum or/
dinem nature. sed adoptantur vel arrogātur secunduz ordinē
iuris. et tales dicuntur legitimi Sunt et alij qui licet secunduz
ordinem nature generant̄ non tamen secundum ordinem iu/
ris. et isti sunt in duplici differentia. quia quidam non gene/
rantur secundum ordinem iuris preceptiuū Sed permissiuū
vt ex concubinatu geniti et tales dicuntur naturales Quidā
etiam generantur secundum ordinem nature et permissionem
iuꝝ Sed contra vetitam qualitatē vt est ex coytu serui et libe
re et tales dicūtur spurij Quidā vō ꝓcreantur scđm ordinez
nature s3 nō scđm iuꝝ. ymo ꝯtra ꝓhibitiōem iuꝝ vt sunt illi q̄
procreātur ex coytu legibus dampnato cuiusmodi sunt adulte
rini icestuosi et nepharij Primi scilz naturales et legitimi in/
dubie succedūt et ad hereditates vocāt̄ scđm prioritatē et poci
oritatē grad⁹ vt in aucten. de here. ab intes in pri. colla. viij. et
in auctē. in successione ab eadē auctētica sumpta. C. de suis
et legi here. Et nota qđ dictū ē copulatiue gradu priores et po

tiores Quia nõ sufficeret esse gradu priorez ex eo qꝫ q̄q̄ pr̄ sit in primo et filius fratris in secūdo nō tamen p hoc filius est gra/du pocior qꝛ iurisfictiōe seu rep̄sentatiōe nepos ex filio succedi in gradum patris sui vt in dictis iurib⁹ et in aucte. vt frm̄ filij p totū colla. ix. et hoc est d̄ iure claꝝ Scd̄i vero q̄ legitimi vocant̄ hoc est arrogati et adoptiui succedunt hoc modo. Primo arro gatus succedit sicut naturalis et legitimus. et si pater exheredet iniuste restituitur arrogato bona sua Et vltra hec assequitur d̄ bonis arrogantis quartez partem eius partis quam habitus fuerat ab intestato Et si iniuste eum emancipet restituit omnia habita ab arrogato et in illa quarta nō potest arrogator ei sub stituere nisi pupillariter. l. si arrogator. ff. de adopcio. et insti: de adoptione. §. Item. et: C. eodem. l. in adoptiuis. Adopta tus vero qui adoptatus est per suum ascendentem et cum qui est sui iuris ei succedit ad instar naturaliū et legitimorum. Si autem p extraneum in cuius nō transit potestatem. Tunc disti gue quia aut pater adoptiuus decedit testatus. aut intestatus Et si intestatus succedit vt naturales et legitimi. Si vero dece dat testatus tm̄ assequit̄ q̄tū ei relinquitur et si nihil relinqua tur nil querere habet put omnia ista probantur insti. de adop/cio. et in. l. cum in adoptiuis. §. sed ne articulum. C. de adop: Et qꝛ pauꝝ sūt apd̄ nos ī vsu sufficiat hec dixisse. Alios dixim⁹ naturales et isti q̄lit̄ succedūt. distigue. qꝛ aut succedūt ex testa/mēto. aut ab ītestato. si ex testamēto si pr̄ hꝫ filios naturales et legitimos vel parentes vel vxorem vel agnatos pōt tunc relin quere naturalibus vnā vnciā tm̄ et in hoc cōcordāt iura. C. et auctēticoꝝ. l. matre cū limitatione aucten. sequē. C. de natura li libe. et in aucten. de trien. et semis. §. cōsiderem⁹ colla. iij. et ī aucten. qui. mo. na. effi. sui. §. discretis colla. vij. vide etiam et nota pro hac materia proprios tex. in. l. humanitati intuitu et singularius in aucten. licet pri. C. de natura. li. nec vid̄ puipen das. pe. de ferra. in libello pro heredi. ab intesta. debi. in glo: nullisq; superstitibus versi. nunc venio ad filios naturales. Si vero non habuerit naturales et legitimos liberos aut ali/os ascendentes quibus necessitatur necessitate legis relinque/

re partem aliquam proprie substantie potest eis totum relinq̃
re vt in dicta auctentica licet. C. de natu. liberu3 et in. §. si vero
filios in dicta auctentica. qui mo. na. effi. sui. Si vero stent pa
rentes tunc potest naturalibus relinquere totam hereditatem
excepta legitima quam relinquere tenetur dictis parētibus vt
in dicta auctentica licet Si autem habeat vxorē vel cognatos
iterum potest relinquere eis etiam obmissis cognatis et vxore
vt in principio dicte auctenti. licet Sed fallit quo ad vxorē pau
perem in casu. l. i. et aucten. preterea: C. vnde vir et vxor Si
vero ab intestato decedat pater et iterum distingue. Quia aut
habet liberos naturales et legitimos cum naturalibus aut so
los naturales Si habeat naturales et legitimos Tunc natura
les in nullo succedunt vt in dicta auctentica licet Sed alimentā
tur arbitrio boni viri iuxta substantiam paternā vt ibi dicitur
et in corpore vnde sumitur et in. §. si quis igitur habens in au
ctentica. qui. mo. na. effi. sui. Et veniūt agnati et cognati exclu
sa vxore vt in dicta. l. i. C. vnde vir et vxor Si vero non stent li
beri naturales et legitimi. Tunc succedunt in duabus vncijs
vnacum matre pertiendis siue diuidendis q̃tcumq̃ fuerint
naturales filij vt in dcā aucten. qui mo. na. effi. sui. §. si q̃s aūt
deffunct⁹ qd̄ intellige si oīs illi naturales liberi ex eadem sint
concubina nati. quia si ex pluribus cōcubinis essent procreati
Tūc in odiū effuse libidinis. nichil pcipiunt vt in dcā aucten:
qui. mo. na. effi. sui. §. si vero effusa et in palle. §. psideremus
de trien. et semis. Et qd̄ dictū est procedit in successiōe pr̄is In
successiōe vero matris si mater habeat filios naturales et legi-
timos Idē3 dicitur qd̄ in patre per iura predicta S3 si non ha
bent legitimos tunc succedūnt naturales ex testamēto vel ab ī
testato mr̄i vt. ff. vn̄ cog. l. hac parte et. l. si spuri⁹ et. l. plura. C.
ad orphi. et qd̄ dictū est de liberis pcedit in nepotib⁹ ex filijs
vt ī palle. §. discretis et in. l. vlti. C. de natu. libe. S3 q̃ritur
an quēadmodū naturales et legitimi filij excludunt naturales
tm̄. idem sit de legitimis tm̄ puta arrogatis et adoptatis. et di-
co q̄ sic qr dict⁹. §. si q̃s Igit̄ hn̄s filios in dic. auctē. q̄. mo. na.
effi. sui. loq̄t̄ indistincte Et fa. c. p h qr filij legitimi tm̄ vt adopti

ui eq̄perārī in successione naturalibus et legitimis. l. i. §. fi. ff. d̄ suis et legi. Et ideo fuā d̄ est in eis q̄d in naturalib⁹ fuatr. ar. l. illud. ff. ad. l. acqui. Sʒ iterū q̄rit an sp pr̄ possit relinquere vnam vnciaʒ naturalibus existētibus legitimis. et dic q̄ nō qꝛ fallit ī casu scʒ si pater minus vna vncia reliq̄rit filio legitimo Quia tunc non pōt plus relinquere naturali q̄ legitimo Unū tn̄ est notādū q̄ licet pater naturalis volēs in casib⁹ p̄missis possit filijs naturalibus relinquere nō tn̄ necessitatur per dictā l. fi. C. de na. libe. Ultimo notandum est q̄ in casibus in quibus naturales filij vocantur ad successiōcʒ parētū in eisdē parentes filijs naturalibus succedunt vt in dicto. §. si quis igitur habens filios. v. in quibus vero casibus in dicta aucten. q̄mo. na. effi. sui. Dictū erat supra q̄ quidam generantur iuxta ordinem nature et permissionem iuris Sed contra vetitam qualitatē siue ɔtra vetitum qualitatē vt qꝛ ex fuo et libera in q̄bus cessat ṗpt̄ ɔditiōem fuilē successio in bonis paternis Qꝛ seruus bona habere non pōt. l. pr̄familias. ff. d̄ v̄bo. sig. Succedūt tn̄ matri si non sit illustris vel soli vel cuʒ alijs legitimis vt insti. ad oꝛphi. §. nouissime et. l. modestinus. ff. vn̄. cogna.

Ultimo vero dictum erat q̄ quidam procreantur secunduʒ ordinem nature. sed non secūdū ordinem iuris ymo cōtra ṗhibitionē iuris Et tales nullomodo succedūt parētibus vt in § vlti. in dicta aucten. qui modis natu. effi. sui. Nec possunt tales legitimari ad successiones vt vult ibi glo. super verbo participium. paritercʒ etiam eis a parentibus nō succedit per dictū §. si quis igitur habens. v. in quibus vero. nec artātur parētes alere tales liberos vt in dicto. §. vlti. plura alia possent deduci sed quia diffuse tractantur per tex. et glo. in locis preallegatis ideo ibi remittitur. Et reddeamus ad secundum principale q̄situm quo querebatur qualiter ascēdēdentes succedāt descētib⁹. Et iteꝝ premictendum est q̄ tot sunt species ascendentiuʒ quot sunt descendentium cum pater et filius auus et nepos sint correlatiua. Et pressupposito q̄ non sint aliqui collaterales ascendentium. sed solum ipsi ascendentes in recta linea vti pater mater auus auia. proauus proauia et sic de alijs Et tūc

